Phyceae Australicae novae vel minus cognitae *)

auctore: J. Zanardini.

I. Fucoideae.

Fuceae.

1. *Sargassum macrophyllum*, sp. nov.

S. caule filiformi angulato, laxe muriculato, foliis linearibus elongato-acuminatis costatis, multiplice sparsim glandulosis, spinuloso-dentatis, vesiculis in petiolo teretiusculo ipsarum longitudine sphaericis muticis; receptaculis supraxillaribus dichotomis foliiferis lancoideis verrucosis inermibus

Hab. ins. Lord Howe. — (Fullagar et Lind.)

Obs. *Sargasso flavicanti* Mert. et. *S. carpophyllo*, J. Ag. affine, ab utroque distinguitur caule anguloso-muriculato, foliis multo longioribus (2—3 pollicaribus) spinuloso-dentatis, nec non receptaculis parvioribus.

2. *Sargassum dasyphyllum*, sp. nov.

S. caule teretiusculo, pinnatim ramosissimo, densissime folioso, foliis basi attenuatis angustissime linearibus elongatis, fere eglandulosis, irregulariter dentatis, dentibus acuminato-spiniformibus, vesiculis in petiolo ipsis aliquando multoties longiori sphaeroideo-oblongis muticis., receptaculis

. . . . . .

Hab. ins. Lord Howe — (Fullagar et Lind.)

Folia densissima eglandulosa, vel glandulam unam et alteram ferentia, angustissima vix tertiam lineae partem lata, pollicem circiter longa, inferiora aliquando furcata, huc illuc dentata, dentibus spinulaeformibus haud raro oppositis, nunc approximatis, saepius vero laxissime dispositis.

Obs. In unico specimine, quod coram oculis habeo, basis deest, fructificatio desideratur; ex quo historia speciei adhuc manca manet; tamen a descriptis satis distincta mihi videtur; exsiccatione specimen nigerrimum fit.

3. *Sargassum brachyphyllum*, sp. nov.

S. caule filiformi ramisque ascendentibus horride quoquoversum muricatis, mucronibus ramoso-tribuliformibus, foliis brevibus linearibus, inciso-dentatis, obsolete costatis,

---

*) Quum de phyceis australicis opus magis absolutum iconibusque illustratum in lucem edere auctoris in animum sit, interea phrases diagnoseos nonnullarum specierum novarum vel minus cognitarum hic primum praemittuntur.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0488-0

simplici serie glandulosis, vesiculis minutissimis, in petiolo teretiusculo ipsis breviore, sphaericis glanduloso-apiculatis, glandulis valde elevatis; receptaculis minutis demum racemosis ovato-cylindraceis verrucoso-spinulosis.

Hab. ins. Lord Howe — (Fullagar et Lind.)

Obs. Species horrida densissime ramoso-foliosa, exsiccatione nigrescens, ob partium minutiem insignis, et hoc respectu *S. microphyllo*, C. Ag. maris indici affinis, foliis tamen et forma mucronum potissimum diversa videtur.

4. *Sargassum compactum*, sp. nov.

S. fronde humili (1—2 pollicari), caule brevissimo parum ramoso, ramis quoquoversum iterum iterumque creberrime pinnatis et densissime foliosis, circumscriptione lancoideis, foliis brevissimis (1—2 lineas longis) flexuoso-erectis, oblongis, inciso-sinuatis, crassiusculis, obsolete costatis, parceque glandulosis densissime imbricatis, vesiculis raris minutissimis sphaeroideis, pedunculo brevi spinuloso suffultis; receptaculis simplicibus cylindraceis verrucoso-spinulosis, folio fulciente subaequalibus versus apicem ramorum fasciculato-congestis.

Hab. ins. Lord Howe — (Fullagar et Lind.)

Obs. Species omnium distinctissima, praecedenti tamen potius quam aliis proxima. Facies vero, ob partium admotum tam singularis ut, primo intuitu, genus aliud fere simulet.

Dictyoteae.

5. *Haliseris crassinervia*, sp. nov.

A. fronde basi breviter stipitato-stuposa, dichotoma sinubus acutiusculis, segmentis distantibus lato-linearibus obtusis, margine integerrimis, lamina crassiuscula valide costata evenosa; fructibus . . . .

Hab. ins. Lord Howe — (Fullagar et Lind.)

Obs. Species inter maximas enumeranda; ex specimine manco et detrito, quod intueor, parum intellecta et vix hic adumbrata. Cum *H. australi* Sond., ex descriptione auctoris, haud male quadrat, sed lamina evenosa crassiuscula, exsiccatione fuscescente, costaque valde conspicua, robustiori nigrescente procul dubio diversa. Fructificatio in utraque desideratur, ergo species denuo inquirendae.

6. *Zonaria australasica*, sp. nov.

Z. fronde subsessili, ima basi vix stuposa, cuneato-dilatata, flabellatim divisa, laciniis numerosis elongatis irre-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0489-8

gulariter palmato-multifidis, lacinulis ultimis linearibus integerrimis, vel apice inciso-dentatis; soris in fascias elatas inter zonas concentricas ordinatis.

Hab. ins. Lord Howe — (Fullagar et Lind.)

Obs. Unico specimine inspecto, species inter giganteas collocanda videtur, colore et substantia magis *Z. lobatae*, Ag. quam aliis proxima. Ab ea vero differt latitudine laminae sessilis, laciniis decomposite divisis, lacinulis ultimis potius linearibus inciso-dentatis quam integerrimis et lobato-rotundatis ut in illa. Sororum dispositio in utraque diversa.

7. *Dictyota intermedia*, sp. nov.

D. fronde estuposa substipitata, basi prolificationibus setaceis radiciformibus elongatis, e stipite laminaque emissis, vestita, pinnato-dichotoma, segmentis late linearibus margine integerrimis, apicibus rotundato-emarginatis, areolis subquadraticis; sporis (?) in soros fere in lineas transversales dispositos, plerumque foliolis minutissimus subclavatis propullantibus intermixtis.

Hab. ins. Lord Howe — (Fullagar et Lind.)

Obs. Facies *D. nevosae*, sed ob foliola e lamina frondis sparsim erumpentia ad *D. Kunthii* magis appropinquatur. Ab utraque vero procul dubio diversa et illis fere intermedia videtur; unde nomen specificum traxi.

II. Florideae.

Rhodomeleae.

8. *Martensia speciosa*, sp. nov.

M. frondibus sessilibus reniformibus, rosulatim caespitosis, tenuissime membranaceis indivisis, reticulo amplissimo vix marginato, margine integro vel laxe obtuseque crenulato, areolis reticuli angustis subquadraticis.

Hab. ins. Lord Howe — (Fullagar et Lind.)

Obs. Species maxima et nobilissima cum nulla alia nisi cum *M. australi* comparanda, qua vero nullo negotio distinguitur fronde tenuiori indivisa, marginibus numquam dentato-fimbriatis, areolisque reticuli angustioribus quadraticis quam oblongis ut in specie Harveyana. In unico specimine collecto ceramidia adsunt illis *M. elegantis* fere duplo parvioribus, etiamsi frondes staturam duplo et ultra majorem attingant.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0490-3

Melanoseris nov. gen.

Frons plana membranacea, subdichotome ramosa, flabellatim venulosa, medio e venulis longitudinaliter approximatis et cellulis exterioribus incrassatis subcostata, costa superne evanescente; e duobus stratis cellularum composita; cellulae interiores minores elongatae unica serie paralleliter dispositae, venulas costamque constituentes; exteriores magnae unica serie in utraque pagina subopppositae. Fructus utriusque generis in dentibus marginalibus transformatis evoluti: 1. Ceramidia globosa, pedicellata intra pericarpium cellulosum, carpostomio apertum, sporas elongato-pyriformes in articulo terminali filorum a placenta radiantium foventia, 2. Stichidia cylindraceo-clavata sphaerosporas triangule divisas duplici serie longitudinali includentia.

9. *Melanoseris crispata*, sp. nov.

M. fronde pumila, lineari, basi repente caespitosa, dichotoma, segmentis maxime undulato-crispatis, marginibus saepe eroso-dentatis.

Hab. Port Philip; in Cymodocea antarctica reptans socialiter cum Delesseria (Chauvinia) imbricata, Harv (Ferd. von Mueller.)

Obs. Quoad faciem externam Hennediam crispam, Harv., dimensionibus multo minoribus, abludit., structura frondis omnino diversa ad Janneretiam potius accedit, qua vero distinguitur crescendi modo, costa valde tenuiori ecorticata evolutione fructuum constanter marginata; quo charactere species nostra Vidalias aemulat. Sed Vidaliae frondem adultam tribus, aut fere quatuor stratis diversis compositam esse praedicatur, quod in nostra longe alienum. Idcirco; hisce perpensis, novum genus haud male constitutum crediderim.

10. *Polysiphonia dasyoides*, sp. nov.

P. fronde usque ad apicem corticata, pinnatim ramosa, ramis quoquoversum egredientibus, ramulis 4siphoniis simplicibus furcatisve densissime vestitis, apice ocellatis; articulis primariis omnino obsoletis, ramulorumque duplo longioribus.

Hab. Georgetown Tasmaniae — (Miss Goodwin.)

Facies Dasyae villosae, substantia tenera succulenta, colore amoene coccineo.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0491-9

11. *Polysiphonia flavescens*, sp. nov.

P. fronde subsetacea flaccida, colore lutescente, decomposite dichotomo-pinnata, ramulis ultimis attenuato-elongatis fibrilliferis, e basi ecorticata; articulis 4 siphoniis pellucidis, primariis diametro 4—6 plo longioribus; sphaerosporis magnis ellipsoideis in ramulis lateralibus, utrinque attenuatis, torulose dispositis.

Hab. Georgetown Tasmaniae — (Miss Goodwin.)

12. *Polysiphonia spinuligera*, sp. nov.

P. fronde subsetacea rigidiuscula atropurpurea, irregulariter dichotomo-fastigiata, ramulisque spiniformibus interspersis obsita, apicibus fibrilliferis, e basi ecorticata; articulis 4 siphoniis diametro aequalibus vel parum longioribus, inferioribus egregie nodosis.

Hab. Georgetown Tasmaniae — (Miss Goodwin.)

13. *Polysiphonia macrarthra*, sp. nov.

P. fronde setacea, decomposite ramosissima, ramis ramulisque alternis, ultimis in fasciculos laterales congestis; articulis omnibus ecorticatis 4 siphoniis maxime pellucidis, primariis longissimis diametro usque 20 plo longioribus ultimis diam. aequalibus; sphaerosporis in ramulis superioribus sparsim evolutis.

Hab. Georgetown Tasmaniae — (Miss Goodwin.)

Obs. Quoad ramificationem Ectocarpum fasciculatum haud male refert.

14. *Polysiphonia Gelidii*, sp. nov.

P. parvula, tenuissima, repente, subdichotome ramosa ramulis ultimis lateralibus subulato-attenuatis, articulis 4 siphoniis, primariis diametro sesqui-duplo longioribus, secundariis diam, subaequalibus; ceramidiis sphaeroideis ad ramos sessilibus.

Hab. ins. Lord Howe. in Gelidio corneo prorepens — Fullagar et Lind.

(Schluss folgt.)

Rosenformen der Schweiz und angrenzender Gebiete,

beobachtet im Sommer 1873

von

Dr. H. Christ in Basel.

II.

(Fortsetzung.)

X. Eine ausgezeichnete Sammlung von Rosen Südbayerns sandte mir Hr. A. Gremli, aus der Gegend von Starnberg, Gross-Hesselohe und von Salzburg. —

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0492-4

Ich berichtige daher hiemit gerne die von mir gemachte Angabe. Es ist als Dotation des Würzburger bot. Gartens statt der von mir angeführten 10,000, — 4388 fl. zu setzen.

Innsbruck, 17. Novb. 1874.

A. Kerner.

Druckfehler.

In Zanardini's „Phyceae Australicae novae vel minus cognitae" ist zu berichtigen:

P. 488 Z. 17 minutissimus — minutissimis.
„ „ „ 37 parvioribus — parviora.
„ 489 „ 26 marginata — marginali.
„ „ „ 29 Idcirco; — Idcirco,
„ 498 „ 4 exremitatibus — extremitatibus.
„ 501 „ 15 vel non — nec non.
„ „ „ 18 conpressa — compressa.
„ 595 „ 5 Speciem a. cl. Sonder flguratam — Specimen a. cl. Sonder figuratum.

Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

134. A. Burgerstein. Untersuchungen über das Vorkommen und die Entstehung des Holzstoffes in den Geweben der Pflanzen.
135. Naturw. Verein zu Magdeburg, Jahresbericht 3 und 4; 1873/74.
136. — Abhandlungen, Hft. 4 und 5, 1873/74.
137. Ein Fascikel Flechten von F. Arnold in Eichstätt.
138. The Journal of Botany, british and foreign. Edited by H. Trimen, British Museum. New Series, Vol. III. London 1874.
139. Bericht der Wetterauischen Gesellschaft f. d. ges. Naturkunde zu Hanau. 1874.
140. Oesterreichische Botanische Zeitschrift. Redig. v. Dr. Skofitz. 24. Jahrg. Wien. 1874.
141. Fries Th. M. Lichenographia Scandinavica. Pars II. Upsaliae 1874.
142. Académie roy. de Sciences, des Lettres et des Beaux-Arts de Belgique à Bruxelles — Mémoires des Membres tome 40.
143. — Mémoires couronnés et des savants étrangers tome 137 et 38.
144. — Mémoires couronnés et autres mémoires tome 23.
145. — Bulletins de l' Académie, 2. Série, tome 35—37.
146 — Annuaire de 1874.
147. Wedell, quelques mots sur la théorie algolichénique.

Redacteur: Dr. Singer. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (F. Huber) in Regensburg.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0578-0

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1874

Band/Volume: 57

Autor(en)/Author(s): Zanardini J.

Artikel/Article: Phyceae Australicae novae vel minus cognitae 486-490